Handschrift

Seite 148r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ne an deteriori lectore indiget, sicut
utrumque videre placuerit. Non sic-
ne a prudente de diversitate sen-
suum iudicabor. divina veritas
utrobique nobis prodimet et caritas
cui servire scripturas oportet,
eo edificet plures quo plures ex
eis in opus suum veros eruerit
intellectus. Cur enim displiceat in
sensibus scripturarum quod in usibus
rerum assidue experimur. In qua-
tos verbi causa sola aqua assumi-
tur corporum medicorum usus. Ita unus
quilibet sermo divinus non erit
ab re si diversos pariat intellectus
diversis animarum necessitatibus et usi-
bus accommodandos. Sequitur
k · Leva eius sub capite meo et dex-
tera illius amplexabitur me. Et
super hoc quoniam in prefato opusculo
meum uberius disputatum, sed
sequemus sermonis ordinem.
Liquet denuo adesse sponsum,
credo ut sua presentia languentem
erigat. quo enim in presentia sua
non convalesceret quam absentia
non conservaverat. Tergo non su-
stinet dilecte molestiam, adest,
neque enim moram facere potest tantis
desideriis evocatus. Et quia illa
compererat donec absens fuit
fidelem ad opera et sollicitam
ad lucra in eo munere quod flores
sibi et fructus preparat adunari,

etiam cum presensiori hac vice re-
miserator gratie est reversus. De-
inque uno brachiorum suorum suste-
tat caput iacentis, alterum ad
amplexandum parans, ut sinu fo-
veat. Felix anima que in se re-
cumbit pectore et inter verbi
brachia requiescit. Leva eius sub
capite meo et dextera illius am-
plexabitur me. non ait amplexa,
sed amplexabitur me, ut noveris
priori gratie adeo non ingratam,
ut secundam gratiarum actione preve-
nerit. Disce in referendo gratiam
non esse tardus aut segnis, disce
ad singula dona gratias agere,
Diligenter inquit considera que
tibi apponuntur, ut videlicet nulla
dei dona debita gratiarum actione
frustrentur, non grandia non medi-
ocria, non pusilla. Denique iube-
mur colligere fragmenta ne pe-
reant, id est nec minima beneficia
obliuisci. Nunquid non perit quod
donatur ingrato. Ingratitudo ini-
mica est anime, est exinanitio
meritorum, virtutum dispersio, be-
neficiorum perditio. Ingratitudo ve-
tus urens, siccans sibi fontem
pietatis, rorem misericordie, fluenta
gratie. Propter hoc denique sponsa
mox ut gratiam de leva sensit
gratias egit, non expectans pleni-
tudinem que in dextera est. · L ·